



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

De Cavsis, Propter quas dimitti aliquem conueniat. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

Coadiutores formati siue spirituales siue temporales, nisi consulto & approbante Generali, dimitti non debent; nisi in quibusdam remotissimis locis (vt in Indijs) huiusmodi facultatem Prouinciali comunicari oporteret, vel Generalis extra ordinem alicui, cui tanquam sibi ipsi fideret, & propter causas magni momenti eam communicasset.

Erga Professos minus etiam huiusmodi facultas inferioribus Praepositis est communicanda; nisi res ad Praepositum Generalem delata, & graui consideratione expensa foret, ita, vt conuenire ad diuinum obsequium, & commune Societatis bonum huiusmodi hominem dimitti, videatur; vt si contumax vel incorrigibilis esset.

DE CAUSIS, PROPTER quas dimitti aliquem conueniat.

Cap. II.

- 1 **C**AUSAS eas, quæ ad aliquem dimittendum sufficiant, ponderare coram Domino debet prudens charitas Superioris, qui huiusmodi facultatem habuerit; sed generatim loquendo, quatuor eorum genera fore uidentur.
- 2 Primum, si in Domino iudicaretur, contra ipsius honorem & gloriam fore, quod is in hac Societate maneret, qui uideatur in quibusdam prauis affectibus aut uitijs, quæ diuinam offendunt
Maiestatem,

IN CAPVT
II,DE CAUSIS
dimissionis.

A ¶ **Q**uatenus defectus aliqui, qui contra diuinum honorem, & Societatis bonum esse dicuntur, debeant tolerari; cū id ex multis circumstantiis particularibus personarū, temporum, & locorum pendeat: discreto zelo eorū, quibus ea cura commissa est, relinqui est necessarium; Qui eo impensius rem Domino commendabunt, & diligentius cum alijs, qui ad cognoscendam Dei voluntatem iuuare possint, communicabunt; quò eis difficilius negotium, magisq; dubium videbitur.

B ¶ Si ille, qui ingreditur, ipso in initio morbum aliquem, vel dispositionem ad illum detexit, & ea conditione, vt periculū fieret sanitatis eius, admissus est: cū cerneretur non conualescere, nec labores Societatis ferre posse in posterum; dimitti, ac extra Domum, prout

Maiestatem, corrigi non posse; * quæ eo minus tolerari deberent, quo grauiora essent, & plus culpæ haberēt; licet alijs nullum offendiculū (quod manifesta non essent) præberent. **A**

Alterum est, si existimaretur in Domino, aliquem retinere, contra Societatis bonum fore, quòd cū uniuersale sit, haud dubiè bono particulari alicuius præferri ab eo debet, qui syncerè diuinum obsequium quaerit. Tale quid esset, * si in Probationū decursu aliqua impedimenta, uel insignes defectus, quos àtea in Examine tacuisset, **B**

de-tege-

corum pendeat: discreto zelo eorū, quibus ea cura commissa est, relinqui est necessarium; Qui eo impensius rem Domino commendabunt, & diligentius cum alijs, qui ad cognoscendam Dei voluntatem iuuare possint, communicabunt; quò eis difficilius negotium, magisq; dubium videbitur.

prout vera charitas dictauerit, iuuari poterit.

Si ingressus est sine vlla conditione, manifestata quidem infirma corporis habitudine, sed spe concepta, quod ad maiora aptus esset futurus, quam esse experimento comperiat; quamuis etiam dimitti possit; animaduertendo, quod sanitate ad nostrum institutum necessaria careat, magis erit considerandum, num dimitti debeat, nec ne, et multo magis, si, cum sanus ingressus fuerit, in ministerio Societatis in aegritudine incidit. Tunc enim, si ipsemet contentus non esset, iustum non foret, hac sola de causa à Societate dimitti.

Si in ingressu quis aegritudine aliquam celasset; cum ea detegeretur, constat, liberius & iustius eum dimitti posse. An autem re vera sit dimittendus, nec ne, propterea quod alijs dotibus magni momenti ad diuinum obsequium polleat; prudentiæ Superioris relinquatur. Tandem sit dictum, si deprehenderetur quod in aliqua re alia, in Examine veritatem suppressisset. Quod si aliquod ex quinque impedimentis dissimulasset; tunc non est æquum vt in Societate maneat, iuxta id, quod in prima parte dictum est.

C detegerentur; vel si * experimēto comperiretur, ualde inutilem fore eū, & per quem præpedienda magis, quam adiuuanda esset Societas, propter eius insignē ad quæuis eius munera ineptitudinem: & multo magis dimitti oporteret, si damnum allaturus malo

C¶ Si bonum testimonium nō referret ex probationibus, quæ extra domum fiunt, vel etiā domi; nec ea remedia, quæ charitas ante dimissionem solet

nem solet adhibere, *sufficerent*: conducibilius est, eum dimittere, quàm in corpus Societatis homines, qui ad eius institutum nō videntur conuenire, admittere.

D § Alijs offendiculum præbere ille intelligitur, qui suo exēplo peccandi occasionem eis præbet; & qui dem amplius, si verba adijceret suasoria, vt ad aliquid mali alliceret, præcipuè ad instabilitatē in sua vocatione, vel ad discordiam; vel si quid contra Superiores, vel commune Societatis bonum moliretur. In quibus enim talia locum haberent, rationi consentaneum non esset, vt ij in Societate manerent.

Quando non tam propter rationem vel magnitudinem peccati, quàm ob remouendum offendiculum, quod alijs præbuit, dimitti aliquem necesse esset; si alioqui aptus esset; expendet prudentia Superioris, an expediat facultatem ei dare, vt ad locum alium Societatis valde remotum, eandem non egrediendo, proficiscatur.

malo vitæ exemplo iudicaretur, ac præcipuè si inquietum se ostēderet, & * verbis aut actibus offendiculum alijs præberet. **D**
Hoc enim tolerare, charitatis nō esset, sed vitij contrarij in eo quidem, qui tenetur cōseruare quietem, & bonum statum Societatis sibi commissæ.

Tertium, si iudicaretur, id fore contra Societatis, ac simul ipsius dimittendæ personæ bonum; quod ex parte corporis posset accidere, si tempore probationis in aliquo morbus, aut debilitas huiusmodi cerneretur, cum

qua

qua cum non posse progredi in laboribus, quos noster procedēdi modus requirit ad Deo in eo seruiendum, videretur: ex parte rerum animi, quādo, qui ad probationem admissus fuit, se componere ad vitam sub Obedientia & iuxta modum procedēdi Societatis ducendam non posset; quòd nequeat, vel nolit proprium suum sensum aut iudicium infringere; vel propter alia impedimenta, quæ à natura, vel à consuetudine promanarent.

¶ Quartum, si cerneretur id fore contra bonum aliorum, qui de Societate non sunt; Vt si detegeretur vinculum matrimonij, vel seruitutis legitimæ, vel æs alienum magni momenti: quibus in rebus, dum initio examinaretur, veritatem subticuisset. Quæuis harum quatuor causarū satis esse videtur, vt Deo gratius fore iudicemus, honestè dimitti eū, in quo locum habuerint, quàm imprudentem in eo retinendo charitatem exercere.

DE MODO DIMITTENDI. Cap. III.

IN CAPVT III.

DE modo dimittendi.

¶ CVM ijs, qui dimittendi erunt,* obseruari eum modū conueniet, qui in cōspectu Dei dimittenti,

¶ ANimaduertendū est, quòd Consti-

tutiones de eo modo dimittendi loquuntur, cum palam id, ac propter causas manifestas efficitur. Sed præter hos nonnulli occultè dimitti possunt; quādo causæ (quæ pluri-

C ma, &